



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Fasti Mariani

Brunner, Andreas

Antverpiæ, M.D.C XXX III.

B. Stanislavs Kostka. 14. Augusti.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70962](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70962)

vultum indutus blanditiis amantem,
demulcet, & coronæ suæ pulcherrimū
eam unionem appellat. Sed & para-
nymphi Angeli Sponsæ morienti ad-
sunt, & cantu ah nimium suavi animu-
lam evocant. Quid o Angeli! quid
suum terris liliū eripitis? Ah alia sal-
tem celo semina spargite, despero. imo
ex horto Mariano spero. *Ex Suario.*

B. STANISLAVS KOSTKA.

14. Augusti.

STANISLAVS ex illustri apud
Polonos Koskarum familiā, cum
Viennæ Rhetoricæ operam daret, Ma-
riam ferè laudandam sibi sumpsit, la-
tum videlicet Oratori campum. A
fratre majore etiam verbera passus non
tamē ideo minùs aut virtutem coluit,
aut sacrum epulum frequentavit, ad
quod semper pridiano jejunio famem
acuebat. Inde hoc ipsum agro, cum ter-
ruentem in se Stygis Cerberum Cru-
cis signo fugasset, D. Barbara inter An-
gelos ministravit; mox ipsa MATER
languentem recreavit, collocato Puerō
IESV in decumbentis lectulo; abiens
deinde monuit, Societati IESV nomen
daret. Cui rei cum obicem posituri es-
sent frater ac parentes, fugā elapsus
Dilingæ in Convictorum adibus tam
Nobilis hospes mediastinum egit: Ro-
mæ in Societatem receptus his divini

F f

Amo

Amoris facibus arsit, ut recreare frigidâ pectus æstuans fuerit necesse. Itaque celo jam maturus cum prælegi sibi Patronorum nomina (Menstruorum præcipuè) iussisset, nunc in IESU vulnera, nunc in MARIÆ ubera deosculans, & utriusque nomina in clamans expiravit, pridie VIRGINIS ASSUMPTÆ; quam numquam amaret rogatus, quid ni, inquiebat, MARIAM amem Matrem meam? ita enim eam appellabat novos semper de illâ titulos & magnifica verba excogitans. Vultque igitur MARIAM Mater STANISLAI, sed & filius STANISLAI MARIÆ fuit, utinam plures fratres numeraret! Ex Franc. Sacchini.

ASSUMPTIO B. M. V. 15. Augusti

Age penna, quid humi repis, dum VIRGINEM laudas? altius vola, & supra caelos laudibus hodie merentem tolle. Sequimini Sodales, si Germani MARIÆ pulli estis. Crescebant, & oculos caeli multum delectabant primi Ecclesie flosculi, cum hos è caelo Filius, in terris MATER fovaret. Sed denique ille matrem terris, hæc filium caelis invidabat. Ergo igitur iterum boni nuntii bajulus Gabriel adest, & ad suavissimum mortis somnum invitat. Adfunt interim divino nutu, qui toto orbe divisi erant Apostoli, & lectulum abi-